Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt et locuti sunt nequitiam iniquitatem in excelso loquti sunt. Posuerunt in celum os suum et lingua eorum transiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic et dies plenos inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo sciet deus et si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores et habundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo siue causa iustificauit cor meum et lauit inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die et castigatio mea in matutinis. Si dicebam narrabo sic ecce nationem filiorum reprobaui. Existimabam ut cognoscerem hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium dei et intelligam in nouissimis eorum. Verumtamen propter dolos posuisti eis deiecisti eos dum allenarentur. Quomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua ymaginem ipsorum ad nihilum redigis. Quia inflamatum est cor meum et renes mei commutati sunt et ego ad nihilum redactus sum et nescium. Vt iumentum factus sum apud te et ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti me. Quid enim mihi est in celo et a te quid uolui super terram. Defecit caro mea et cor meum deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Quia ecce qui elongant a te peribunt perdidisti omnes qui fornicantur abte. Mihi autem adherere deo bonum est et ponere in deo spem meam. Vt annunciem omnes predicationes tuas in portis filie sion.

Vt quid deus repulisti in finem iratus est furor tuus super oues pascuae tue. Memor esto congregationis tue quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tue mons sion in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem quanta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tue. Posuerunt signa sua signa et non cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in silua lignorum secubus exciderunt ianuas eius in id ipsum in securi dedecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra non uidimus iam non est prophetia et nos non cognoscet amplius. Vsque quo deus exprobrabit inimicus irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Eius autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre